22 Ann. 8 ... G. Ferraro, I siti d'Italia giudicati da P. Paolo III e dal suo ... [illegible] Bibl. Cod. n. 2372 (Miscellanea) f. 35–45

Vester Camoenae vester in arduos
Tollor Sabinos: seu mihi frigidum
  Praeneste seu Tibur supinum
    Seu liquidae placuere Baiae. Od. III. 6.

Villice silvarum et mihi me reddentis agelli
Quem tu fastidis habitatum quinque focis et
Quinque bonos solitum Variam dimittere patres. — Vico Varo
Ep. I. 14.

Ne percunteris fundus meus, optime Quincti
Arvo pascat herum an baccis opulentet olivae
Pomisne et pratis an amicta vitibus ulmo
Scribetur tibi forma loquaciter et situs agri
Continui montes nisi dissocientur opaca
Valle sed ut veniens dextrum latus aspiciat sol
Laevum discedens curru fugiente vaporet.
Temperiem laudes. Quid? si rubicunda benigne
Corna vepres et pruna ferant? si quercus et ilex
Multa fruge pecus multa dominum iuvet umbra?
Dicas adductum propius frondere Tarentum.
Fons etiam rivo dare nomen idoneus ut nec
Frigidior Thracam nec purior ambiat Hebrus,
Infirmo capiti fluit utilis, utilis alvo
Hae latebrae dulces etiam (si credis) amoenae
Incolumem tibi me praestant Septembribus horis
Ep. I. 16.

Aqua dicta Licenza. Bulla Nicolaus I. Licenza a. J. 867. Reg. Subl.

Bei Poggio di Mirteto [illegible] Mandela [illegible] Cantalupo Bardellarum

Me quoties reficit gelidus Digentia rivus
Quem Mandela bibit rugosus frigore pagus
Quid sentire putas quid credis amice precari?
Sit mihi quod nunc est, etiam minus, et mihi vivam
Quod superest aevi, si quid superesse volunt Di.
Ep. I. 18.

M. Gennaro

Velox amoenum saepe Lucretilem
Mutat Lycaeo Faunus, et igneam
  Defendit aestatem capellis
    Usque meis pluviosque ventos
Impune tutum per nemus arbutos
Quaerunt latentes et thyma deviae
  Olentis uxores mariti
    Nec viridos metuunt colubros